

CICERONE, *Epistulae*

- ✚ L'epistolario CICERONIANO giunto a noi è solo una parte di quello originario, che doveva essere molto più corposo
- ✚ *Corpus* di **864 lettere** scritte dal 68 al 43 a.C., di cui **774** scritte da Cicerone e 90 risposte di suoi diversi corrispondenti.
- ✚ Suddivise in **4 raccolte** che comprendono 37 libri, distribuiti come segue secondo i destinatari:
 - *Ad familiares* (16 libri): scritte tra il 62 e il 43
 - *Ad Atticum* (16 libri): scritte tra il 68 e il 44
 - *Ad Quintum fratrem* (3 libri): scritte tra il 60 e il 54
 - *Ad M. Brutum* (2 libri): scritte tra marzo e aprile del 43, alcune di dubbia autenticità.

STILEMI ESPRESSIVI TIPICI DEGLI EPISTOLARI

- Formula iniziale: Nome del mittente (Cicerone) in nomin. + Nome del destinatario in dat. + *SALUTEM (PLURIMAM) DICIT* (anche scritto: S.(P.) D.)
es. *Cicero Terentiae s.p.d.* = Cicerone saluta Terenzia
- Formula successiva: *S.V.B.E.S.V.* = *SI VALES BENE EST, EGO VALEO* (o simili)
(= se stai bene sono contento, io sto bene)
- Formula finale: *FAC UT VALEAS*
CURA UT VALEAS = STAMMI BENE
DA OPERAM UT VALEAS
VALE
- Data: *DATA* (= consegnata) + giorno es. *Data Idibus Martiis* = consegnata il 15 marzo
- Uso del congiuntivo desiderativo es. *Utinam mecum sis* = Magari tu fossi con me!
- Interrogative dirette con congiuntivo dubitativo es. *Quid faciam?* = Cosa dovrei fare?
- Uso del congiuntivo potenziale es. *Nemo hoc dixerit* = Nessuno potrebbe dire ciò
- Uso del congiuntivo irreale
(CONG. IMPF.= CONDIZIONALE PRESENTE; CONG. PIUCCH.= CONDIZ.PASSATO)
- Uso del *pluralis majestatis* (*NOS*= noi > io; *NOSTER*= nostro > mio)
- Il perfetto va tradotto sempre al passato prossimo, mai al passato remoto!!
es. *Veni Romam* = sono venuto a Roma
- Uso della perifrastica attiva, sia con valore intenzionale che con valore di destino
- Uso della perifrastica passiva, sia in forma personale che impersonale
- Periodare paratattico (molte principali e coordinate, poche subordinate, quasi mai oltre il 2° grado di subordinazione)
- Uso frequente del vocativo
- Uso ricorrente dell'imperativo (presente e futuro)

Dolore, rimpianto, orgoglio e piccoli problemi quotidiani (*Ad fam. XIV, 4*)

Brindisi, 30 aprile 58- ai suoi Terenzia, Tullia e Cicerone

Ego minus saepe do ad vos litteras quam possum propterea quod¹ cum omnia mihi tempora sunt misera, tum² vero, cum aut scribo ad vos aut vestras lego, conficior lacrimis sic ut ferre non possim. Quod utinam³ minus vitae cupidi fuisset! Certe nihil aut non multum in vita mali vidissemus. Quod si⁴ nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis; si haec mala fixa sunt, ego vero te quam primum, mea vita, cupio videre et in tuo complexu emori, quoniam neque di, quos tu castissime coluisti, neque homines, quibus ego semper servivi, nobis gratiam rettulerunt⁵.

Nos⁶ Brundisi⁷ apud M. Laenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit neque legis improbissimae poena deductus est quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus! Habebimus quidem semper. Brundisio profecti sumus a.d. II Kal. Mai.⁸, per Macedoniam Cyzicum petebamus. O me perditum, o me afflictum!

Quid nunc⁹? Rogem¹⁰ te ut venias, mulierem aegram, et corpore et animo confectam? Non rogem? Sine te igitur sim? Opinor, sic agam: si est spes nostri reditus, eam confirmes et eam adiuves; sin¹¹, ut metuo, transactum est¹², quoquo modo potes, ad me fac venias. Unum hoc scito: si te habeo, non mihi videbor plane perisse. Sed quid Tulliola mea fiet¹³? Iam id vos videte; mihi deest consilium. Sed certe, quoquo modo se res habebit, illius misellae et matrimonio et famae serviendum est. Quid? Cicero meus quid aget? Iste vero sit in sinu semper et complexu meo. Non queo plura iam scribere; impedit maeror.

Tu quid egeris nescio, utrum aliquid teneas an¹⁴, quod metuo, plane sis spoliata. Pisonem, ut scribis, spero fore semper nostrum. De familia liberata, nihil est quod¹⁵ te moveat. Primum tuis ita promissum est, te facturam esse ut¹⁶ quisque esset meritus; est autem in officio adhuc Orpheus, praeterea magno opere homo. Ceterorum servorum ea causa est ut, si res a nobis abisset, liberati

¹ propterea quod= poiché

² cum... tum... = sia... sia

³ quod utinam= e magari

⁴ quod si= e se

⁵ gratiam referre= ringraziare (qualcuno di qualcosa)

⁶ pluralis majestatis

⁷ caso locativo

⁸ ante diem secundum Kalendas Maias > secundum diem ante Kalendas Maias= il secondo giorno prima delle Calende di maggio

⁹ quid nunc= che altro aggiungere?

¹⁰ uso del congiuntivo dubitativo

¹¹ sin= se invece

¹² transactum est= i giochi sono fatti

¹³ che ne sarà della mia piccola Tullia?

¹⁴ utrum... an... = se... o

¹⁵ nihil est quod= non c'è motivo che....

¹⁶ valore modale = come (anche se c'è il congiuntivo)

nostri essent, si obtinere potuissent; sin ad nos pertinerent, servirent, praeterquam oppido¹⁷ pauci. Sed haec minora sunt.

Tu quod¹⁸ me hortaris ut animo sim magno et spem habeam reciperae salutis, id velim sit eius modi ut recte sperare possimus. Nunc miser quando tuas iam litteras accipiam? Quis ad me perferet? Quas ego exspectassem Brundisii, si esset licitum per nautas, qui tempestatem praetermittere noluerunt.

Quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia, ut potes honestissime. Viximus, floruimus¹⁹; non vitium nostrum, sed virtus nostra nos adflixit. Peccatum est nullum, nisi quod non una animam cum ornamentis amisimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos vivere, cetera, quamquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum. Clodium Philhetaerum, quod valetudine oculorum impediabatur, hominem fidelem, remisi. Sallustius officio vincit omnis. Pescennius est perbenevolus nobis; quem semper spero tui fore observantem. Sicca dixerat se mecum fore, sed Brundisio discessit.

Cura, ut potes, ut valeas²⁰ et sic existimes, me vehementius tua miseria quam mea commoveri.

Mea Terentia, fidissima atque optima uxor, et mea carissima filiola et spes reliqua nostra, Cicero, valete²¹.

¹⁷ AVV.

¹⁸ valore particolare ad inizio di periodo

¹⁹ perfetto> si traduce pasato prossimo!

²⁰ formula di raccomandazione

²¹ formula di saluto